Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



completur decadis. ut de sabbato transiret ad primam
sabbati. Ob hanc causam a domino predicatur quod bene fe
cerit. et pro salute sua in euangelii clementiam de legis aus
teritate mutatus est. Quod si quesieris quare uocetur uillicus iniqui
tatis. in lege que dei est iniquus erat uillicus. qui bene quidem
offerebat. sed non bene diuidebat. credens in patrem. sed filium
prosequens. habens deum omnipotentem. sed spiritum sanctum negans. Pru
dentior itaque fuit paulus apostolus in transgressione legis fi
lius quondam lucis. qui in lege uersati. xpm qui dei patris ue
rum lumen est perdiderunt. Ambrosius mediolanensis episcopus quod
de hoc loco senserit. in commentariis eius legere poteris.
Origenis et didimi in hanc parabolam explanationem inue
nire non potui. et utrum abolita sit temporum uetustate.
an ipsi non scripserint incertum habeo. Mihi iuxta pri
orem interpretationem hoc uidetur. quod de iniquo mammo
na debeamus nobis amicos facere. non quoslibet pauperes. sed
eos qui nos possint recipere in domos suas. et in eterna ta
bernacula. ut cum eis parua prebuerimus. recipiamus ab eis
magna. et dantes aliena nostra recipiamus. et seminemus
in benedictione ut metamus benedictionem. per eum qui uiuit
et regnat in trinitate perfecta et in unitate indiuisa deus
per cuncta secula seculorum amen. VNDE SVPRA.
Dominus enim ac redemptor noster idcirco dignatus est de
tanta maiestate ad hominum humilitatem
descendere. ut omnium portaret infirmitates et omnibus